

ait: Accipe illam, sicut caelestem thesaurum, sicut divinitatis divitias. Expende quae, & adverte ultima verba, Divinitatis divitias.

45. Num. 17.

Secundò. Numer. 17. num. 8. Cum duodecim virgas à duodecim Principibus Tribuum accepisset Moyses inter eas Aaronis virga mirificè floruit; sequenti die Moyses: Ingressus invenit germinasse virgam Aaron urgentibus gemmis eruperant flores, qui in amygdalas deformati sunt. Multa miracula considerat Abulensis in hac virga, quod protulit flores, & fructus, absque eo, quod haberet radices in terra; deinde, ut etiam advertit Cornelius, totus rerum ordo videtur mutatus, qui ab arborum natura valde peregrinatur: nam reliquae arbores prius florent, postea germinant, seu baccas producant, & demum fructum proferunt. Cur ergo hic totus invertitur rerum ordo, ut hac virga, sine radice tantum proficiat, ut germinet, floreat, & fructus parturiat? Magno sane arcano mysterio, virga hac adumbrabat Sanctissimam Deiparam, ut tenent D. Bernardus homil. 2. super Missus est. Rupertus in presenti; juxta illud proximè citatum Isai 11. Egredietur virga de radice Jesse, flos, & fructus Christus Dominus qui de se ait Cantic. 2. Ego flos Campi, & ipse est fructus benedictionis, in quo benedicuntur omnes gentes. Genes. 22. Inde ergo bene tantum crevit, ac florelcit, absque radice in terra, & absque aliquo terreno humore, quia Sanctissima Deipara ibi adumbrata, quam in terris nasceretur, sic prodit, ac si à terreno pulvere esset praecisa, nihilque de terreno humore primorum parentum in se habeat, sed totum supra omnem ordinem naturae à divina gratia hauriret, & inde prius proponitur germinans, quam florens, quia in presenti non servatur naturae ordo, sed totum in virga geritur per ordinem ad florem, & fructum nasciturum. Rupertus Abbas in cap. 1. Cantic. sic ait: Virga omnem superbiam Aegyptiacam obstruit. Deinde, Germinavit, fronduit, floruit: & fructum protulit, non plantata, non succo terre animata, sed virtute caelesti, supra usum naturae provehita; sic tu amica mea pulcherrima mulierum, amica mea, cunctam superbiam diaboli deiecit conceptu florida, partu fructifera. Et in hoc sensu de Christo Domino, ait Isaias 53. num. 2. Ascendet sicut radix de terra sitienti; id est, absque aliquo humore, vel influxu, terreno, de quo nihil participavit in sua Conceptione.

Abulens.

Cornel.

D. Bern. Rupertus.

Cantic.

Genes. 22.

Maria concepta absque humano pulvere.

Rupertus.

Isai 53.

46.

Luc. 3.

Rupertus.

Tertio. Describens Sanctus Evangelista Lucas longam seriem progenitorum Mariae Virginis, per Joachimum ejus parentem, sic scribit Evangelista; cap. 3. num. 23. Et ipse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Matbar, &c. Et tandem ad finem deveniens subdit: Qui fuit Adam, qui fuit Dei. Alto dictamine Spiritus sancti Evangelista in Genealogia Mariae, à Jesu ejus filio sumit exordium, & ascendens post Adamum usque ad Deum, qui fuit Dei, ibi desinit, quod praclare notavit, Rupertus in cap. 1. Math. & ait: Sic incipit, & erat Jesus incipiens, quasi annorum triginta (ut putabatur filius Joseph, qui fuit Heli, & sic fuit. Qui fuit Adam, qui fuit Dei: nonne) in-

quam) initium, & finem conjunxit, & circum fecit? cum enim uno ductu linea sic stetit, Summa pueri ut ejus initium, & finis conjungantur, nonne vras Maria circulus formatur. Alto, & sublimi mysterio à Deo incipit & tota ad Deum ordinatur. In describenda Genealogia Mariae; à Christo Jesu sumit Evangelista exordium, Qui fuit Adam, & in ipso Deo finitur, & terminatur, Qui fuit Adam, qui fuit Dei. Ecce arcanus circulus, quem Rupertus maxime veneratur, in quo Deipara toto versatur, ut tota sit de Deo in Deum; nam circulus à puncto, quo incipit ibi terminatur; Maria incipit à Deo, & tota ad Deum ut finem rapitur, principium ejus generis, ac Genealogia in sua Conceptione, est à Jesu filio, totum quod est à Jesu est purum, sanctum, & immaculatum, initium autem Mariae, seu ejus Conceptionem, cum sit à Jesu ejus filio, tota est pura, sancta, & immaculata.

Quarto. Nobis proponit Isaias. 7. n. 15, illud valde celebre signum ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel: Butyrum, & mel comedet, ut scias reprobare malum & eligere bonum. Nemp. eo se demittens Deus natus ex virgine, ut instar humani infantis, melle & butyro indigeat, iisque vescatur, ut se verum hominem ostendat, ut ait Apostolus per omnia similis fratribus, & se habere verum corpus humanum, & non phantasticum, ut impie dixerunt Manichaei. Butyrum & mel comedet. Lac, quem ex uberibus maternis sugebat, intelligitur ob suam dulcedinem, & suavitatem: nam illud quod erat valde dulce, & suave comparatione mellis, & butyri exprimebatur apud Hebraeos; illud tamen magna indagine dignum est, quod subdit, ut scias reprobare malum, & eligere bonum. Et cur tam sapiens infantis discretio ad legendum lac è maternis Virginis uberibus, ab Isaiæ ore notatur, daturque in Messia nascendi praestitum signum; cur ex materno lacte hausto tam discreta sapientia, ut scias reprobare malum, & eligere bonum. Praclare, ac ingeniosè notat D. Cyrillus rem expendit in presenti, & ait: Butyrum lac Virginis vocat Propheta, quod non ex multo molliore, voluptateque, ac dissolutione natum sit; sed leve esset, ac firmum, nullumque peccati amaritudinem admixtam habens, sed mellis dulcedinem. Propheta dum in presenti ait, Ut scias reprobare malum, & eligere bonum, loquitur de scientia experimentalit, ut notant D. Basilus, Hieron. Cyrillus Chrylost. & D. Augustinus multis locis, Ut scias reprobare malum, & eligere bonum. Ex Mariano lacte gustato, quod nullam peccati amaritudinem admixtam habet. Sciet puer experimentaliter eligere bonum quod purum & de foecatum est à peccati acerbitate. Reprobare malum quod peccati acerbitate est amarum & infectum; ergo ut lac esset dulcissimum, ut mel & butyrum nullam peccati amaritudinem habens. Unde scias puer eligere bonum, à peccato alienum, & reprobare malum, quod cum illo est coinquinatum exindeque si in Virginis Conceptione esset aliquod peccatum illius amaritudo transfunderetur in lac & non haberet dulcedinem mellis, & butyri, nec ex tali dulcedine sciet puer eligere bonum, & malum reprobare.

47.

D. Basil. Hieron. D. Chryl. D. Cyrill. D. August.

In lacte Maria nonnulla erat amaritudo peccati.

Quinto

48.

Genes.

Cato Christi, caro Virginis, & inde ipsa exempta à peccato originali.

Rupertus.

Petrus Cellensis.

49.

Luc. 1. Hebraeus.

Quinto. Post primi hominis peccatum, adest supremus Judex Deus, penas transgressoribus infligens, quae vim habebant latae legis in omnes posteros. Genes. 3. n. 16. Mulieri in quoque dixit Deus: multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris: ipse dominabitur tui; Ado vero dixit: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem revertaris. Duas condidit penales leges Dominus adversus primos parentes cum suis posteris; unam adversus mulierem, In dolore paries; alteram adversus virum, In sudore vesceris pane tuo, & ut revertatur in pulverem. Necessitas autem moriendi posita est in sententia lata contra Adamum, non adversus Evam, ut bene notavit Bellarminus lib. 1. de gratia, cap. 11. & ex eo M. Baëz tom. 6. de Christo figurato, lib. 12. cap. 12. §. 8. Cur ergo lex mortis non indicitur Eva; sed uni Adamo? An ut maneret Eva immunitis à morte legis? Absit hoc. Ex eo quod lex mortis imponitur Adamo, sub illa etiam Eva intelligitur comprehensa utpote persona intimè conjuncta cum Adamo, & cum caro Eva sit Adami caro, & ex Adamo Eva formata sit ex quo manifestè elicitur exemptio Deiparae, ab omni morte peccati originalis; cum Sanctissima Virgo sit persona conjunctissima Deo, & caro Christi sit Virginis caro; ex qua carne Christus est formatus, & generatus, ut perbelle, ac sapienter notavit Divus Damascenus Oratione in Assump. Mariae habita apud Metaphrastem ubi ait: Eva quidem qua aures praebuit nuntio serpentis, accepit sententiam doloris, & molestiae, & partus subit dolores, & cum Adamo mortis damnatur supplicio. Mariam autem omni ex parte beatam, que aures inclinavit Dei verbo, & peperit absque doloribus, & tota Deo fuit unita, quomodo mors devoraverit? Quomodo audebit interitus in corpus, quod vitam suscepit? Sunt haec aliena, & prorsus remota à divina Anima, & corpore. Eva non fuit indicta mortis sententia, sed Adamo, In pulverem revertaris. Sed quia Eva maxime conjuncta erat Adamo, & ejus caro, caro illius & ex eo creata est; inde cum Adamo mortis damnatur supplicio. E contra ergo Maria, que tota Deo fuit unita, cum caro illius sit caro Christi, ex qua Christus est formatus, & generatus, illius benedictionibus comprehenditur, & ditatur, quantum fas est purae creaturae. Petrus Cellensis libro de panibus, cap. 12. ait: Simul collecta gratia plenitudo nullatenus creaturae humanae capacitate, potest comprehendi; tamen privilegio filii sui mater Dei aspersione Spiritus sancti, tota Deitatis gratia est superfusa. In tam excellentissimo gradu puritatis, ac sanctitatis est plena, Ut Mater Dei aspersione Spiritus sancti, tota Deitatis gratia est superfusa.

ab ipso divino Spiritu post transactum diluvium. Genes. 9. num. 1, quod Deus Adduxit Spiritum super terram, & imminuit aquas. Aliqui Patres, & Doctores dicunt hunc Spiritum fuisse ventum, quod graviter impugnat D. Ambrosius lib. de Noe, affirmans Spiritum sanctum esse exponendum, & ait: Non puto hoc dictum, ut Spiritus nomine ventum accipiamus; alioquin cum mare ventis exagitetur quotidie exinaniretur profecto. Nam quomodo non siccaretur mare ventum vi, cum cesset toto diffusum orbe diluvium. Et subdit: De Spiritu sancto hoc intelligendum est. Quomodo ergo nunc, Moyses ait: Adduxit Spiritum. Nec obstat quod Genes. 1. n. 1, dicitur Spiritus Domini ferebatur super aquas. Alia lectio voluit super aquas. Cur ergo post diluvium dicitur, Adduxit Spiritum. Lippoman. in sua Catena inquit, Sed cur dixit; Adduxit Dominus Spiritum, & non crebatur. Et subdit rationem; Ad demonstrandum, quod non libenter inviseret aquas illas, que mortis fuerunt causa. Ad Deiparam cum venit divinus Spiritus, ut maxime spontaneus adventus exprimitur, scribitur Advolabit in te super aquas adductas, Adduxit Spiritum: quia non libenter inviseret aquas illas, que mortis fuerunt causa. Cum ergo in illis reliquis esset mors inde divinus Spiritus tamquam non sponte in illis aderat; ad Virginem promptissime volitavit, in qua totum erat vita & nullum vestigium, nec umbram mortis. D. Bonaventura in speculo, c. 9. ait: Maria tota, in ipsa mors nulla que nobis dedit fontem vita salientis in vitam aeternam.

Septimo. Christus descendit in Virginis uterum, ut nobis prepararet vitam aeternam; ergo in ille nulla peccati mors praecessit. Postquam Christus Dominus divinum instituit Eucharisticum Sacramentum, scribit D. Mathaeus 26. n. 3. Tunc venit Jesus cum illis scilicet Discipulis suis (in villam qua dicitur Gethsemani. Et D. Marc. 14. num. 16. Tunc exierunt in montem Oliveti trans torrentem Cedron ubi erat hortus, Domine mi Jesus quid agis? Nonne ardentissime desiderabas ab inimicis comprehendere, ut pro nobis vitam daret? Cur non perisistis in Cenaculo, à quo discessit traditor Judas, ut ibi facile ipse cum militibus, ac armata ministrorum manu te capiant, & apprehendantur, nunquid mortem fugis; praclare Origenes tract. 35. in Math. ait: Non enim conveniebat, ut ibi caperetur, ubi pascha cum discipulis suis manducaverat. O supremum, & altum consilium divinae Sapientiae. In Cenaculo cum manducaret pascha cum Discipulis suis, instituit salutariter Eucharistiam ac valde alienum extitisset à divina Sapientia, ut ibi instituerat Sacramentum vitae. Qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Joan. 6. ibi mors introiret, & ipse caperetur ad mortem, quomodo ergo fieri potest, ut in regali habitaculo virginis ventris, in quo formatum est supremum Sacramentum nostrae vitae, corpus scilicet Christi ibi jam mors peccati introiret, ac domicilium haberet, hoc maxime alienum est à supremo, & alto consilio divinae Sapientiae. Unde merito ait Carthusius, lib. 2. de laudibus Virg. Maria non solum vita, sed viva dicenda est.

D. Ambros.

Genes. 1.

Lippoman.

Ex eo quod Deipara sit Christo Mater, nulla in ea umbra est mortis.

D. Bonav.

50.

Math. 26.

Math. 14.

Ubi Sacramentum vitae nulla mors.

Origenes.

Joan. 6.

Carthus.

51. Math. 16. Marc. 8. Origenes. D. Ambr. D. Hieron. D. Cyrill. Non in fermentato pane consecratus Christus ob peccati umbram.

Pro hujus rei confirmatione, nota, quod Christus consecravit corpus suum in pane azymo. Luc. 22. n. 1. ut observat Ecclesia Romana; cur non potius in pane fermentato, Fermentum denotat peccatum, ejus vequitiam, ac malitiam. Inde Christus Dominus dicebat suis Discipulis: Caveat a fermento Pharisaeorum, & Sadduceorum. Matth. 16. num. 6. Marc. 8. num. 14. ut ibi notant Origenes, D. Ambrosius lib. 1. de Penitentia c. 4. D. Chrysostom. homil. in Job. & Abraham. D. Hieronym. Notit. D. Cyrillus, Rupertus in cap. 7. Osee. Ad quae verba eleganter ait Origenes citatus. Cavebat Dominus in suis Discipulis factorem Pharisaeorum, id est, peccatorum eorum; ergo à fortiori talem peccati factorem in matre sua non permisit; & si ipse, decrevit non consecrare in pane fermentato, ob peccati umbram ibi insinuatam; quam maximè abhorrebat, quomodo cogitari poterit, quod in utero virginali habitaret, non umbra, sed reali peccato maculato, ab illòque carnem sumeret.

QUESTIO IX.

Immaculata Virginis Deipara Conceptio ab Originali delicti labe, ex pura similitudine cum filio JESU deducitur.

52. Cantic.

Clamat divinus Sponsus ad dilectam Virginem, ac Matrem suam. Cantic. 1. num. 15. & 16. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Et illa respondens ait Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus. Deipara super omnes agnoverat excellentiam incarnationis mysterii, quod in se peractum erat; inde prae aliis tantam Domini pulchritudinem admiratur. Similiter, & Sponsus tua infinita sapientia altè, comprehendebat tantam Virginis pulchritudinem. Unde inter eos quadam veluti contentio videtur dari de pulchritudine. Sed cur inter vicissim pulchritudinis encomia, ut bene advertit M. Didacus Celada in Esther §. 365. num. 5. de florido lectulo fit mentio, Lectulus noster floridus; ad quid hoc ad utriusque pulchritudinis commendationem? Lectulus Christi ut exponit Rupertus, fuit ejus humanitas, quae tota per divinum Verbum hypostaticè unitum, essentialiter, ac substantialiter extitit florida omni justitia, ac sanctitate, absque aliquo peccato Originali. Lectulus Sanctissimae Virginis ejus Sacratissimum corpus in ipso primo infusionis animae instanti totus floridus omni justitia, & sanctitate per Divinam gratiam absque aliquo peccato Originali. Perbelle Galatinus libro 7. cap. 5. & ait: Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulcher es dilecte mi, &c. Quemadmodum ego absque Originali labe concepta sum, ita tu quoque amicus meus, & idcirco pulcher es, & formosus; lectulus, hoc est conceptio nostra est florida, & odorifera absque peccati corruptione. O bona de Conceptione pulchritudo, de qua mater filium

Celada.

Rupertus.

Puritas Conceptionis Deipara imitatur Conceptionem Christi.

Dei amulatur. Prospera gratia in Deipara Conceptione pie concedit, & suo modo imitatur unionis hypostaticae augustum privilegium; iode utriusque conceptio dicitur, Lectulus noster floridus; nam Christi est floridus per naturam, & essentiam, cum sit verus Deus, Deipara vero cum sit creatura, per gratiam, & divinam benevolentiam, qua impleta est in primo instanti infusionis animae, ut omnium virtutum gratia floreret absque ulla labe peccati originalis.

Secundò, Christus Dominus per essentiam totus Sanctus à sua primæva origine, ac Conceptione. Dicitur de eo Joan. 10. num. 36. Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum. Et Gabriel ait ad Deiparam Virginem. Luc. 1. num. 35. Quod nascetur ex te sanctum vocabitur. Sic & voluit, ut Mater sua à sua primæva origine, & conceptione per gratiam Spiritus sancti, esset pura, & sancta. Ait Regius Vates: Aedificavit sanctificum suum in terra, quam fundavit in saecula. Psal. 77. num. 69. Ubi nos habemus sanctificum, legunt Arabici, Caldeus, D. Hieronym. Caeteran Sanctuarium suum. Totus rerum ordo videtur hic mutatus. Nam optimus Artifex in aedificando templo, mo, prius ponit fundamenta, erigit parietes & totum tecto cooperit, & postea auro, ac ornamentis illustrat, ac componit, sic in ordine spirituali, prius supponitur natura humana creata, & postea gratia, & coelestibus donis condecoratur, ac nobilitatur à Deo, ut fiat vas in honorem. Quomodo ergo supremus Artifex, Sic aedificavit sanctificum suum, seu sanctuarium suum in terra, ut videatur significare, prius cogitare de sanctificatione, ac sanctitate, quam de ipsa natura, cum ait Propheta, Aedificavit sanctuarium, seu sanctuarium suum. Totum locum exponit D. Bonavent. in speculo de Sanctissima Deipara: ipsa & tabernaculum & domus Dei: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Psal. 45. num. 5.

Domum tuam decet sanctitudo. Psal. 92. num. 5. Eam Deus tanta gratia, ac sanctitate in primo instanti suae Conceptionis implevit, ita ut videatur prius in illa fuisse gratia, quam natura, Divas Damascenus de Nativitate Virginis ait: Natura progredi non est ausa, sed parumper expectavit, donec gratia fructum suum perperisset. Tam alta providentia Deus creavit Deiparam, tantaque gratia eam praevenit, ut ordinem humanae naturae, quae secum influxum peccati originalis involvebat, impediens, ne aliqua labe macularetur. Natura progredi non est ausa, sed parumper expectavit donec gratia fructum suum peperisset.

Maximè totum nostrum assumptum approbat, & confirmat D. Chrysostom. homil. de Nativitate Joannis, cum ait: Merito is quoque qui natus est, matri talia dedit privilegia, quae etiam habuit solus, & illi quoque soli aedit. Quodnam est hoc privilegium, quod solus Christus habuit, & soli matri suae dedit? Hoc ad generationem aeternam nullo modo potest referri, quia talis generatio, nec Deipara, nec alicui purae creaturae convenit, sed tantum unigenito filio Dei ergo hoc privile-

53.

Joan. 1.

Luc. 1.

Psal. 77.

Arabici.

Caldeus.

D. Hieron.

Caeteran.

In Deipara prius gratia quam natura.

D. Bonav.

54.

Psal. 92.

Damascen.

55.

D. Chryf.

Psal. 109. Hebraeus.

privilegium quod ipse solus Christus habuit est ipsa Conceptio in justitia & sanctitate. Sic ait David de Christo Domino. Psal. 109. n. 4. In splendoribus Sancterum genui te. Hebraica lectio, In splendoribus sanctitatis. Hoc privilegium, quod solus Christus habuit, soli matri communicavit: Matri talia praebuit privilegia, quae etiam habuit solus, & illi quoque soli aedit. Ut in gratia conciperetur: nam a li homines in peccatis generantur. In peccatis conceptio me mater mea. Psal. 50. n. 7. Haec tamen doctrina intelligenda est cum distinctione saepe data; Christus habuit conceptionem, & generationem in gratia & sanctitate per naturam, & essentiam, ut verus Deus, Deipara vero ut purae creaturae hoc concessum est ex gratia, & privilegio. Cum D. Chryl. chozier D. Ambros. in Psal. 40. ubi introducit Christum loquens cum sua Sanctissima matre, & ait: Generationis meae privilegium in te recognosco, quam nulla potuit macula inquinare peccati.

Psal. 50. Puritas Deipara imitatur puritatem filii sui.

D. Ambros.

56.

Cantic. 1.

Hebr.

Pierius.

Joan. 12.

Gracius.

Deipara puritas dicitur odorem filii sui.

Origenes.

Tertio de suo Sanctissimo filio Jesu testatur Sanctissima Virgo, Cantic. 1. n. 12. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Ex Hebraeo legunt omnes, Cum esset Rex in circulo suo, Circulus typus est aeternitatis, teste Pierio Valerian. lib. 18. Hieron. ex eo quia circulus principio & fine caret, & inde aeternitatem adumbrat, idem est, ac si diceret, cum supremus Rex meus Sponsus, & Deus Omnipotens constitisset decretum aeternae praedestinationis, ibi praedestinatum fuit; ut Nardus mea dedit odorem suum. Nardus vel est unguentum pretiosum, ut patet ex Joan. 12. num. 3. ubi dicitur, Maria accepit libram unguenti nardi disticti, vel ut alii volunt, est herba odorifera; & ubi nos habemus in nostra vulgata, Nardus mea dedit odorem suum; Origenes, ac Graeci legunt, Nardus mea dedit odorem ejus. Res valde mira Praeter communem rerum ordinem una planta, vel unum odoramentum dat suum proprium, & genuinum odorem; quis vidit unquam, quod Rosa exhalaret ut plantanus, vel cinnamomum, & balsamum vaporem det ut thus; cur ergo non ait Sponsa Sancta, Nardus mea dedit proprium odorem suum; sed odorem ejus, nempe filii mei. Idem est ergo ac si dicit Sanctissima Virgo, ab aeterno praedestinavit Deus suo decreto, ut Nardus mea, mea nempe natura meaque persona, non dedit proprium odorem suae naturae humanae; nam hoc esset valde foetidum utpote infectum culpa originali, sed dedit odorem filii mei qui est impeccabilis per naturam, cum omni justitia, & sanctitate, ut de ejus odore, hauserem, & participarem, ut in me totum esset Sanctum, purum absque aliqua macula. Origenes homil. 2. ex quatuor. Ita ait: Nardus mea odorem mihi dedit sponsum, veluti separato naturali odore suo praefragantia ejus ipsius mihi dedit suavitatem. Duo odores in hac divina planta Maria possunt considerari; unus naturalis ex propria humana natura; alter supernaturalis ex filio Jesu. Quid in de superato naturali odore suo. Quod erat ex propria natura praefragantia ejus, ipsius mihi dedit suavitatem, ex suo nempe decreto mihi dedit plenitudinem, ac suavitatem gratiae.

& sanctitatis ejus ut in omnibus illius Mater appaream.

Quarto. Sapient. 7. n. 26. dicitur: Speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius. Quae verba à Patribus, ac expositioribus Beatae Virginis adaptari solent. Dicitur, Speculum sine macula Dei majestatis imago bonitatis illius. Non decantantur imago omnipotentiae, immensitatis, aeternitatis, vel aliorum attributorum, sed imago bonitatis illius, id est, illius puritatis, ac sanctitatis, ut est communis vox interpretum, quae bonitas, & sanctitas divina relucet in Deipara, tanquam in speculo Chrysellino, sine macula, quod magis explicio mente Divi Augustini, qui de hac Sanctissima Virgine, sic ait sermone de Nativitate. Si formam Dei te appellem, digna existis. Cur magnus Doctor eam dicit Dei formam; quia in se habet perfectam Dei similitudinem; in omnibus referens ipsam Deum. In hoc sensu Divus Paulus intelligit formam ad Philipp. 2. n. 7. agens de Christo Domino. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam, arbitratus est esse se aequalem Deo. Et quomodo Christus Dei forma. Explicat D. Thomas te eadem epistola ad Philipp. lect. 7. & ait: Dicitur Christus filius, verbum, & imago, sed imago non dicitur perfecta, nisi habeat formam, cuius est imago. Imago ut sit perfecta debet habere formam illius, cuius est imago; cum ergo Sanctissima Virgo sit imago bonitatis Dei. Inde consequens est, quod ut sit perfecta, debet habere formam illius, cuius est imago inde praclare ait D. Augustinus, Si formam Dei te appellem, digna existis. Adeo enim Beatissima Virgo similis est cum Deo, ut potius videatur referre formam divinam, quam humanam; Imago non dicitur perfecta, nisi habeat formam illius, cuius est imago. In se de Beata Virgine ait Junilius Africanus, Christo simillima, quod nunquam peccatum commisit. Unde tantam Dei formam, imaginem, ac similitudinem admittens Joannes Geometra sic modulatur canticum Hymno 3. Gaude, Virgo decus naturae pulchraeque imago, quae summi genium continet artificis. Tam praclarum confummarum, ac perfectum est opificium B. Deiparae, ut in eo maximè reluceat, ac resplendeat, ingenium, potentia, ac scientia supremi Artificis.

Quinto. Vidit Parens meus Elias, & ait: Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendeat de mari, 3. Regum 18. num. 4. in qua nubecula, ut jam dixi tom. 1. in Evangel. lib. 1. cap. 3. quae. 1. num. 5. ex Joanne Hierosolimitano, Josepho Antiocheno, Giliatto Lustrano, Salazar, & aliis multis, quos citavi opusculo de Elia Resolut. 1. q. 3. num. 65. ibi revelatum fuit nostro Sanctissimo Patri Immaculatae Conceptionis Virginis mysterium: nam nubes, etsi à mari exoritur, tamen valde diversa est conditionis ab isto, nam mare, amarum, salum, gravidum, & non-derosum, opacum, & sterilizans; nubes vero ab his omnibus qualitatibus valde aliena; dulcis, suavis levis, lucida, & maxime fertilizans; sic & Sanctissima Virgo, quamvis orta sit ex natura humana, tamen tota est pulchra, & sancta.

57.

Sapient.

D. August.

Deipara Dei imago, & forma.

Philip. 2.

D. Thom.

Junilius.

Pulchritudo Mariae ingenium suum.

Artificis continet.

Geometra.

58.

3. Reg. 18.

Joan. Hieros.

Antioch.

Platina.

Lezana.

XX 3